UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

17. Quomodo Deipara virgo Ioanni Patritio Romano & Liberio Pontifici apparuerit, & miraculo per niuem ostenso, locum nouo templo struendo demonstrauit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

ſic Dominum omnis populus benedicit. Conclamant etiam, vt authorem huius ſceleris in ipſas proijcerent flammas. Proiectum autem ita totum ignis abſorbuit, vt vix de oſſibus paruum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Chriſtiani, quale ei inter ignes fuiſſet vmbraculũ, ait: Mulier, quæ in Baſilica illa, vbi panem de menſa accepi, in cathedra reſidens, paruulum in ſinu geſtat infantem, hæc me pallio ſuo, ne ignis vorarct, operuit. Vnde indubitatum eſt, B. ei Mariam apparuiſſe. Eandem hiſtoriam confirmat Glycas, & Menam Patriarcham adfuiſſe dicit, qui totam rem expoſuerit Iuſtino eius nominis ſecundo Imperatori. Quis vero neget Deiparam hic non ſolum adfuiſſe, vt puer in medio flammarum incolumis conſeruaretur, hocque miraculo complures Iudæi, vt & factum eſt, ad veram fidem conuerterentur?

Petrus Caniſius Theologus lib. 5 cap. 21. de B. virgine Maria. Quomodo Deipara virgo Ioanni Patritio Romano & Liberio Pontifici apparuerit, & miraculo per niuem oſtenſo, locum nouo templo ſtruendo demonſtrarit.

CAP. XXVII.

IOanni Patricio vereq; nobili Ciui Romano, glorioſa Virgo per quietem oblata eſt, ſimulque monuit, qua ratione ſuas ille opes optimè collocaret, ſicut ille iampridem ſcire deſi-

deſiderabat. Atque vt certior conſtaret fide apparitioni, eadem virgo Liberio Pontif. Maxim. nocte adſtitit, & ſimilia monita repetiit, magno miraculo ſtatim ſubſequente. Etenim in maximis illis caloribus, qui ardente canicula vrbem infeſtare ſolent, nix copioſa & praeſus intempeſtiua cecidit, partemque collis Eſquilini contexit ſimulque locum ad ſtructuram noui templi commodum demoſtrauit. Atque hoc felix illius Eccleſiæ principium fuit, quæ cæteris omnibus ſub Mariæ nomine Romæ conditis præſtat, & ſanctæ Mariæ maioris titulo in hunc vſq; diem decoratur. Nec opus eſt hanc apparitionem ab Antonino aliiſq; confirmatam oſtendere, quam vniuerſaria feſti celebratio, à niue nomen accipiens, totq; retinens ſæculis, luculenter comprobat.

Nicephorus Gregoras libr. 9. hiſtor. Roman. & Petrus Caniſius libro citato cap. 22. De Imperatoribus Conſtantinopolitanis Andronico iuniore & ſeniore, quomodo ſenior Andronicus clamore hoſtium perculſus, coram imagine Deiparæ virginis peruolutus, mox præſentem virginis opem perſenſerit.

CAP. XVIII.

QVVM iunior Andronicus, vt erat nimis ambitioſus, nocte per inſidias Conſtantinopolim occupaſſet, in magnos angores auum ipſum, qui ſenior Andronicus dicebatur, venerandum certè ſenem, hac regni affectatio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN